

DE
LEGITIMA

Tractatus absolutissimus,
MERCVRIALI MERLINO

I. V. D. ET PATRITIO FOROLIVIENSI AVTHORE;

VNA CVM DECISIONIBVS MAGISTRALIBVS
Sacræ Rotæ Romanæ, hæctenus non impressis, in eodem relatis;
Necnon combinationibus ad locos dicti Tractatus in calce earundem Decisionum.

IN QVO

Omnes prope modum casus, qui in controuersiam vocari possunt, summo studio, ac ingenio
enucleantur, iuxta sententias Doctorum, Senatum, & aliorum Tribunalium,
ac præcipue dictæ Rotæ Romanæ, quæ hoc signo notantur

OPVS TAM IN SCHOLIS PROFITENTIBVS, QVAM IN FORO
versantibus apprimè utile, ac necessarium.

Additis etiam in hac ultima editione ad singulas ferè Quæstiones eiusdem Auctoris Additionibus hoc signo □ annotatis,
nec non alijs centum Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus nullibi hucusque impressis.

CVM LOCVPLETISSIMIS INDICIBVS QUÆSTIONVM, DECISIONVM, ET RERVM
notatu dignarum, quæ tam in Tractu, quàm in Decisionibus continentur.



VENETIIS Apud Franciscum Baba, MDCCL
SUPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



Illustris.^{mo} ac Reuerendis.^{mo} D.

D. A L O Y S I O

TIT. S PETRI AD VINCVLA
CARDINALI CAPPONIO,

ac Rauennatensis Ecclesiae Archiepiscopo.

Mercurialis Merlinus F.



Greditur in lucem (Amplissime Cardinalis) hoc meum de Legitima Opus ingenij partus primogenitus in holocaustum deuotionis erga te meae: ad id enim multa quidem, sed duo potissimum impulerunt. Alterum: immensa ea beneficia, quibus ex quo me Vices-gerentem in gerendis, iudicandisq; populis Archiepiscopatu tuo Rauennatensi subditis in temporalibus delegisti, decorasti: quae talia, ac tanta sunt, vt hic enumerare haud posse existimem: eaque me, meaque tibi deuictum adeo reddiderint, vt liber ipse non liber, sed seruus iure dici possit: partus quippe ex seruo patre natus Patrono debeat. Alterum; ad id toto animo feror ob naturalem hominum, eorumque insignium appetentiam; qui cum primum de edendis libris statuunt, sibi ipsis etiam de magno aliquo Patrono prouidere student, cuius sub tutela, curam scriptorum committant, etsi qui alieno egerunt, hic meus liber summo profecto indiget patrocinio, nam detractores illum penè nascentem toruo inspicientes oculo lacepsiuerunt, eumque dente Theonino rodere conati sunt, propterea maximum Herum te quae sui (Illustrissime Archiepiscope) in mei, illiusque validissimum Patronum, sub cuius patrocinio cum nos esse nouerint mordere non audebunt. Tu interim hilari animo suscipe, & protege: teq; in totius Orbis Christiani utilitatem diutissime conserua.



MERCVRIALIS

MERLINI

I.V.D. FOROLIVIENSIS

DE LEGITIMA

LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Legitima quid sit, & varia eius definitiones.

S Y M M A R I V M.

- 1 Legitima materia, vbi, & à quibus tractetur.
- 2 Legitima est portio eius, quod quis, ab intestato habere debet, declaratur num. 18.
- 3 Est quarta bonorum à patre mortis tempore relictorum.
- 4 Est portio à lege determinata. & num. 4. 5. & 6.
- 7 Alia legitime definitio. & num. 8.
- 9 Legitima ab intestato non debetur, sed tantum in casu testati, salis prout num. 10.
- 11 Legitima regulatur à causa successione intestati.
- 12 Exclusus à successione legitimam non habet.
- 13 Non habenti ius contra tabulas actionis, & querelandi non petit legitimam.
- 14 Legitima succedit loco querelæ, & bonorum possessionis contra tabulas.
- 15 Famulae exclusæ à Statuto legitimam petere non possunt.
- 16 Diminuta successione intestati, legitima est commensuranda, & retinenda, iuxta illam, vt in matre, & num. 17.
- 18 Quando non sit quota successione intestata.

QVÆSTIO PRIMA.

LEGITIMÆ tractatus, quem aggredior, vtilissimus, & practicabilis est, vt forensis vltus, ac quotidiana disceptatione docet. Materia hæc tractatur à DD. varijs in locis, præcipue autem in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoffic. testam. in Authen. nouissima, in l. quoniam in

prioribus in l. omnimodo, & quasi toto tit. C. de inoff. test. in §. aliud quoque capitulum, in Authen. vt eum de appell. cognosc. & in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid.

Missis autem alijs à Vasq. d. l. quoniam in prioribus Ripa d. l. in quartam, & ibi nouissime Philippus Massinus Crass. comman. sentent. §. legitima, qui super ea tractando, ponit questiones 48. Petra in tract. de fideic. q. 15. Peregr. eod. tractatu art. 36. per tot. Ex professo Claud. Cilletrus in tract. de port. legie. Claud. de Beruclier. in tract. de legit. Marcus Ant. Cuchus in eodem tractatu, siue magis in repet. Authen. nouissima, C. de inoffic. testam. Ioan. Anton. Mangil. Pifaurer. in tract. de impur. & detraçt.

Et quoniam à diffinitione exordium sumi debet, vt facilius innotescant, quæ inferius dicenda sunt, cum ignoratis principijs, & ea, quæ sequuntur ignorentur, vt docet Dyn. in cap. nullus, de reg. iuris in 6.

Idco quero, quid sit ipsa legitima. Doctores autem varijs modis loquuti sunt, pluresque diffinitiones tradiderunt, principales, & præcipue intrascriptæ sunt. Bellon. iun. tract. de iure accrescendi cap. 6. quest. 8. num. 33.

Prima fuit, quod sit portio eius, quod si quis ab intestato habere debet, Estque glol. in Authen. nouissima C. de inoffic. testam. in §. 1. in fine, ver. quale est filijs in litera Z. in fine, in Authen. de trien. & semiff.

Et ad eam probandam optimè faciat text. in l. parentibus, C. de inoffic. test. in l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. eodem, in cap. Rainurius in ver. quis verò, de test. in cap. Rainaldus, eod. titulo.

Et Glol. sequuntur communiter DD. videlicet Soc. sen. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 14. in princ. ff. de lib. & posth. Iaf. in l. planè, §. si duobus tu. 2. ff. de leg. primo, & in d. §. & quid si tantum, num. 57. Dec. in l. 1.



DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

In Tractatu de Legitima,

EXCEL.^{MI} D. MERCVRIALIS MERLINI

L. V. D. Foroliuensis relatæ, & ab eodem collectæ;

Vna cum combinationibus ad locos dicti Tractatus in calce earundem Decisionum.

Q U I T A N T I M O

1623. Julij 1623.

Reuerendiss. P. D. Merlino, Napolitani fideicom. Vener.
3. Julij 1623.

ARGUMENTVM.

Hac decisio est magistralis clara, & bene docens, quod alienationes facte per gratulatum imputantur in detractiones legitime, & trebellianicæ; ut si quod primæ tantum alienationes sustineantur, sequentes autem remouantur à substituto; item quod ad hanc esse deum soluti attendantur alienationes ex quibus transferitur dominium acti de, non verò habeatur ratio ad hypothecæ, & affectationes generales, aut speciales, quia illæ non impurantur in detractiones in præiudicium posteriorum alienationum causa translatione domini i. lachryam, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Trebellianica filij enim primæ gratias prohiberi potest.
- 2 Legitima per filium heredem gratulatum detrahi potest de fideicommissis.
- 3 Ex non potest illa filio gratias, eod. num. 2.
- 4 Alienationes facte per filium imputantur in legitimam, & trebellianicam.
- 5 Terti possessorum tunc possunt exceptione, quod alienationes facte per filium sint prolegitimæ, & trebell.
- 6 Legitimam fuisse per alias alienationes consumptam debet probari.
- 7 Aestimatores debent à partibus filij, & consuetamento deputari.
- 8 Insuper utam in relatione.
- 9 Primæ alienationes tantum sustinentur pro legitimæ, & trebellianicæ sequentes vero remouantur à substituto.
- 10 Alienationes ille tantum impurantur in legitimam, quæ sunt cum domini translatione non vero affectationes, & hypothecæ.

Decisio Tract. de Legit.

- 11 Et requiritur addictio domini ad alienante.
- 12 Sine hypothecæ, & affectationes factæ etiam ad favorem filiorum gratias, & num. 23.
- 13 Alienatio per specialem hypothecam constituta, quando non est fides in totum dicitur vera alienatio.
- 14 Decisa ut num. 25.
- 15 Inuentionem non factam cum fidei solennitatibus non suffragatur.
- 16 Heres non potest remouere alienationem à defuncto factam, sed illam ratione habere debet.

DECISIO PRIMA.

R

Ræsuppositis etiam tribus decisionibus antequam factis coram R. P. D. nro Pamphilio, visum fuit Dominis, tantum pro modo fuisse per D. Angelum petita non esse expedienda; quatenus unam trebellianicam fuerit expressè

- A prohibita, illaque iuxta opinionem, quæ Rota sequitur
- 1 erit filij primæ gratias prohiberi possit? Casus decif. 4. de restan. Cresc. dec. 2. eod. tit. & huius passim resolutum, & signaret in Parmen. datij 9. Maij 1611. coram Reuerendissimo D. nro Decano; Cuius tamen est Francilina per Michaelem eius potestati fideicommissis gratulatum permissè
 - 2 detrahere legitimam, quæ oriatur aliquid non recipit legitimam in prioribus, C. de inoff. testam. & consequenter bonis de quibus potest per ipsum alienari in ipsam impotari
 - 3 debere, ut per Bol. in cons. 219. num. 2. lib. 2. Soc. in cons. 136. n. 24. vol. 1. & alibi allegat Peregrin. tract. de fideicom. ar. 39. no. 3. & tunc dicitur in Romana fideicom. de Arnetis 26. Febr. 1586. coram Orano, & alibi sepe; ita ut tertij possessorum, contra quos petunt immisso, possint se humiliter exceptione tueri, ut per Peregr. d. ar. 39. no. 40.
 - B Neg. obstat quod pretendatur ipsas legitime detractionem fuisse per alias alienationes consumptam, quia possessorum predicti habent totam intentionem fundatam in regula
- A quod